



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 14. Hæretici in Anglia rursus mulctati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

cem irritarent, obmutescabant, & non-Sæcul. XVI.  
nisi ea, quæ magis suis commodis con- A.C. 555.  
gruere censebant, exequabantur.

## §. XIV.

*Hæretici in Anglia rursus multati.*

Cum hæc interea Romæ agerentur, Angliæ Senatui nuntiabatur, quod Judices ad conciliandam pacem consti-  
tuti, præcipue in Norfolciensi Provin-  
cia ob nimiam indulgentiam statuta,  
ac leges contra hæreticos a Regina  
latas exequi cunctarentur, hinc eisdem  
præcipiebatur, ut cum majori solertia,  
quis rerum status esset, deinceps inda-  
garent, ac Catholicos Verbi Divini  
Præcones protegerent: hæresin vero  
spargentes, vel Ecclesiasticorum rituum  
contemptores ejicerent. Insuper ipse  
met Rex, ac Regina Bonnerum, qui  
nonnihil a severa, qua prius hasce le-  
ges exequebatur, sedulitate remitte-  
bat, datis literis stimulabant, ut aucto  
fervore in hæreticos inquireret, eos-  
que, si suæ sectæ pertinaces insisterent,  
juxta legum rigorem plecteret. His  
literis stimulati judices Bretfordum, qui  
jam dudum capitali sententia damna-  
tus dilato suppicio ad carceres redu-  
cebatur, tandem Mense Julio rogi  
suppicio affecerunt, cum paucis ante  
diebus, seu trigesima Julii Joannes Card-

*Hist. Eccles. Tom. XLII. O machē-*

**Sæcul. XVI.** macherus Theologiæ Professor, necnon  
**A C. 555** Londinensis quidam aulæorum opifex  
 nomine Joannes Warne pariter Smid-  
 feldiæ combusti fuissent. Eo fato et  
 iam periere die decima Junii Coxhallæ  
 Thomas Haukes Exonienſis Provinciæ  
 Nobilis præter plures alios, inter quos  
 præcipui erant Ridlejus, & Latimerus,  
 quorum primus erat Londinensis Epi-  
 scopus; alter vero sub Henrici VIII.  
 regimine Vigorniensis Antistes, qui  
 ambo Menſe Novembri capitali fenten-  
 tia fuere mulctati.

## §. XV.

*Philippus ex Anglia in Flandriam  
 profectus Cæsarem invisurus.*

**Ant. Vera  
 hist. de  
 Charl. V.  
 p. 283.  
 & 290.**

Die quarta Septembris Philippus ex  
 Anglia discessit, Reginam Conju-  
 gem suam pertæsus, eoquod ei ad con-  
 ciliandum amorem tam juvenilis æta-  
 tis ardor, quam formæ elegantia de-  
 esset, atque aliunde etiam ob sterilita-  
 tem anxias Marito suo curas crearet.  
 Nihilominus itineris sui cauſsam allega-  
 bat regnorum ſollicitudinem, eoquod  
 Sanguinis jure proximus illorum hæres  
 Caroli V. Patris ſui voluntati obsequi  
 teneretur, cum hic eidem imperii ſui  
 administrationem cedere cogitaret. In-  
 ſuper præcavere cogebatur Philippus  
 cunctis tumultibus, qui ex Joannæ  
 Aviæ